

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacrvm Misericordiæ Palativm

Variis Sacræ-Scriptvræ Locis, Atqve Septem misericordiæ operibus quasi
peristromatibus exornatum


Gazaeus, Nicolaus

Augustae Trevirorum, 1618

Quod Misericordia aduersus Inimicorum Carnis, Mundi Inferni,
Hæreticorum, & malè loquentiu[m] impetum muniat. Caput. I.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54477](#)

uerunt opus, quod sequentibus prosequar
enarrationibus.



QVOD MISERICOR-
DIA ADVERSVS INIMI-
CORVM CARNIS, MUNDI, IN-
fernii, Hæreticorum & malè loquen-
tium, impetum munitat.

CAPVT. I.

Arcem David fortissimā nemo olim
non mirabatur, quoniam *mille clypei* Cant. 4.
pendebant ex ea, & omnis armatura fortium;
Sed quis Domum olim Bauaricam, nunc
autem Misericordiæ palatum, non iustè
miretur? siquidem in ea domo non modo
armatura fortium dependet, sed etiam ipsi
fortes eam inhabitat. Quam domum quis-
quis introiuerit, statim à capite ad calces ar-
matur. Ei namque datur galea spei per quā
charitatis fortiter expectet retributionem:
pectorale, quo sustineat calumniantium
linquas; gladius fidei, quo viriliter miseri-
cordiæ opera exerceat: Lancea munitur
Perseuerantię ut usque in finem vitæ bonis

B insu-

18 SACRVM MISERICOR.

infudet operibus , vt sic munitus hostes, mundū, Carnem, Diabolum , atq; Hæreticorum, calumnias conterat , conquasset, & comminuat, tandemq; cœlestem adipiscatur Hierusalem, atq; supernę ciuitatis gaudium consequatur, quod profecto non nisi fortibus tribuitur, *Regnum (enim) Cælorum vim patitur & violenti rapiunt illud.* Sed nunquid per misericordiam rapere poterit quis regnum cælorum ? Imò sane & arripere, siquidem Angelo testante per misericordiam & Eleemosynam , comparatur.

Math. 11.

Tob. 19.

*Epist. ad
donat.*

I. Ioan. 2.

Nunquid per misericordiam poterit Inimicos superare ? imò dico & subiungare , & in seruitutem redigere. Duabus solet modis mundus te inuadere , blanditur & applaudit *mundus* (inquit S. Cyprian :) arredit , ut sœuiat ; blanditur ut fallat ; allicit ut occidat ; extollit ut deprimat . Quis infensissimum igitur , eum non iudicet inimicum ? Hunc caueri suadet D. Ioannes ; *Nolite diligere mundum !* Licet autē amicum amicus diligat , mundum tamen ne dilexeris ne forte post aliquod tempus , te ad instar mulæ Absalon in aëra eleuatum & suspensum deferat , montes pollicetur au-
reos

reos & subitò nascitur ridicul^o, mus. Hunc 2.Reg.18.
rectè deprimes, huius caput cōteres si bo-
norum tuorum partem quandam in pau-
peres erogaueris.

Si vero inimici secundi iniurias euita-
re contendis, carnem mortifica, ciborum
condimenta repelle, vini nimietatem fu-
ge, vt his refici valeat pauper & egenus.

Si Diaboli impetum sustinere vis mis-
ericordiæ tibi scutum assume, *misericordia* Eccles.c.29
namque superscutum potentis, & super lan-
ceam, aduersus inimicum pugnabit. & ita
hac munitus, vti Cedri, serpentes, vti fumus
abigit muscas, sic Diabolum in fugam
vertes. Nec dubium; nam si in mortis ar-
ticulo, Naturæ humanæ inimicus septem
peccata capitalia proponat, his oppone
septem opera misericordiæ, quibus non
solum inimici manus euades, sed nec
timebis mortem, *Eleemosyna namque* (vt Tob.4.
ait Tobias) à morte liberat, & non patitur
animam ire in tenebras. D. Augustinus di-
ctum probat: *Ante fores gehennæ stat* Lib 50.hom.
misericordia & neminem permittit in carce-
rem mitti. Aureum os, Diuū inquam Ioan-
nem Chrysostomum audiamus, mira refe-
rētem; *Eleemosyna ex mortis manibus eripit*
39. hom.

B 2 & lam-

20 SACRVM MISERICOR.

Hom. 33. ad
pop.

Isiae. 8.

Luc. 16.

Psal. 50.

Hom. 25. in
acta.

Dan. 4.


2. Tim. 3.

*& lampades nostras non sinit extingui, nec
sordidis indutos vestibus in nuptijs videri, sed
lauat, & niue mundiores reddit, si namque
fuerint peccata nostra ut coccinum, velut nix
dealbabuntur, nec sinit eos decidere, ubi diues
ille, nec audire verbatumenda, sed in Abrab-
hasinum ducit. O dignam misericordia laudem! O mirandam oris aurei sententi-
am! videte misericordes, quomodo, illa
vos proteget.*

*Si autem peccatum quotidianum vere-
ris aduersarium, peccatum meum contra me
est semper, inquit Vates Regius. D. Chryso-
stomi. Doctrinam attende. Non est peccatum,
quod non possit purgare Eleemosyna, quod ne
non possit extinguere, infra illam stat, remedi-
um est ad omne vulnus virile.*

*Danielis deinde consilium sequere, di-
centis: peccata tua Eleemosynis redime. Si de
fortitudine dubites, Ecclesiasticum audi-
vaticinantem; Eleemosyna peccatum destru-
it. Cū his concerta inimicis, viriliter vsq;
in finem perseverans ut tandem dicere pos-
sis cum Apostolo Bonum certamen certavi,
cursum consummaui fidem seruavi; ideo repon-
ita est mihi corona iustitie quam reddet mihi
in illa die iustus index. Agedum Confrater
Misericors, viriliter certa & Valeriu ma-
gnus*

gnū audias loquentem. Nam et si glorio-
sum est hostem abigere; non minus tamen lau- Lib. 5.
dabile, infelicitis scire misereri.



IN EOS QVI CENSENT
OPERA MISERICORDIÆ
AD SALVTEM NECESSARIA
non esse.

CAPVT. II.

QVi infructuosa misericordiæ & cha-
ritatis censet opera, nunquid nouiter
cōstructum studet demoliri pietatis domi-
ciliū? Id etiam cæcus aduertet. Ideò arma
sumam, veritatem propalabo, ad arma
Fratres vos omnes conuoco, primum im-
piorum aduertite impetum infructuosa di-
cunt nec ad salutem necessaria Charita-
tis opera. Sed si ita est, cur ea nobis Dei fili-
us commendauit? Cur misericordibus in
extremo iudicij die dicturus est *venite be-*
nediti patris mei? nō aliam sane ob causam,
nisi quia sibi dedisti mihi bibere, esuriui Matth. 26.
& dedisti mihi manducare. Nunquid suffi-
ciētem vocationis præbet rationem? nun-

B . 3 quid